

LIBER II.

7

quamvis non aquæ pendeat præteriti mali fabula, & presentis injuria. Igitur Galli Senones duxerunt, exercitu copioso freti, & robustonimis, cùm urbem Clusum obfiderent, obfidence dimissa totis viribus Romanum contundunt. Hos ita dirè irruentes Fabius cum exercitu Consul exceptit, nec tamquam obficit: quòd potius hostis ille impetus Romanos quasi aridas segetes succidit, stravit, & transvicit. Testatur hanc Falsi cladem fluvius Allia, sicut Cremera Fabiorum. Non enim faciliè aliquis similem Romanæ militiae ruinam recenseret, etiam si Roma insuper incensa non esset. Patente Urbem Galli penetrant, trucidant rigentes simulacrorum modo in suis sedibus Senatores, eosque incendio domorum crematos, lapsu culminum suorum sepelunt universos. Cumque jam humanæ vires eis omnino reficerent, non possent, Apollinem Delphicum consuluerunt. Respondit, deos secum, & candidas pueras Gallis pugnaturas. Tunc in Alpibus nivibus oppresus Brenno cum omni suo exercitu deletus est. Igitur reliquam juventutem, quam confat vix mille hominum tunc fuisse, in arce Capitolini montis lati-

A tantem obfidence concludunt, ibique infelices reliquias fame, & peste, desperatione, & formidine terunt. Captumque illico Capitolium fuerat, nisi clamore anferis excitatus Manlius restitisset. Qui cùm diu eos obfiderent, & jam Romani fame laborarent, fragmenta panum pro lapidibus Galli procererunt. Quamobrem accepto auro mille librarum, ne Capitolium obfiderent, ex Urbe receperunt, sed fecutus eos Camillus ita cecidit, ut & aurum, quod his datum fuerat, & omnia, que ceperant militaria signa revocaret, quamvis pridem eos gravissime cecidisset. Ita tertio Camillus triumphans Urbem ingressus est, & appellatus est secundus Romulus, quasi & ipse patriæ conditor. Igitur cùm iudicem Galli Capitolium obfiderent, C. Fabius Dorsuo flamen Quirinalis solenni die Gabinatus sacra perfervens, per hostium tentoria ad Quirinalem montem contendit, & celebrato sacrificio redit. Circa hæc tempora Eddre putatur historia scripta. Plato quoque philosophus his temporibus fuisse perhibetur.

Explicit Liber Primus.

INCIPIT LIBER SECUNDUS.

A Nno ab Urbe condita CCCLXV. (1) saevissimo terramoto Achaja universa commota est, & duas tunc civitates, Bura, (2) & Helice abruptis locorum devoratae. Igitur post captam Urbem primò dignitates mutatae sunt, & pro duabus Consulibus facti Tribuni militares consulari potestate. Hinc jam coepit Romana res crescere. Nam Camillus eo anno Volscorum civitatem, quæ per LXX. annos bellum gererat, vicit, & Equorum urbem, & Sutrinorum, atque omnes deleris earundem exercitus occupavit, & tres simul triumphos egit. Titus etiam Quintius Cincinnatius Praenestinos, qui usque ad Urbis Romæ portas cum bello venerant, persecutus ad flumen Alliam vicit: octo civitates, quæ sub ipsis agebant, Romanis adjunxit, ipsam Praenestem aggressus in deditionem accepit. Quæ omnia ab eo gesta sunt viginti diebus: triumphus ipsi decrevus est. Verum dignitas Tribunorum militarium non diu perseveravit. Nam post aliquantum nullos placuit fieri, & quadriennium in Urbe ita fluxit, ut potestates ibi maiores non essent. Praesumpserunt tamen Tribuni militares consulari potestate iterum dignitatem, & triennio perseverarunt. Rursus Coss. facti. L. Genutio, & Q. Servilio Consulibus mortuus est Camillus, honorque ei secundus post Romulum delatus est. (3) Anno ab Urbe condita CCCLXXXIV. His temporibus ingens universam Romanam pestilentia corripuit: non, ut affoleret, plus minusve solito tempore turbata temperies, hoc est, aut intempestiva hyemis siccitas, aut repentinus calor veris, aut incongruus humor æstatis, vel autumni divitis pinguis, & indigesta illecebra, insuper etiam expirata de Calabria saltibus aura corrumpens, & repentinus acutarum infirmitatum affere solita transversus; sed gravis diuturnaque, & in nullo diffar sexu, in nullæ aetate dissimilis, generali cunctos per biennium jugi-

C ter tare confecit, ut etiam quos non egit in mortem, turpi macie extinxitos, affulsoque dimiserit. Sequenti anno fecutum est satiis triste prodigium. Siquidem in medio Urbis foro (4) terra dissiliuit, vastoque prærupto, hiantia subito infernū patuere. Quod dum diutius ita maneret, cunctisque terrorem inficeret, tandem interpretantibus aruspiciis (5) claudi barathri amplitudinem posse, si in eo, quod esset Romæ preciosissimum mettere, voluntariè diu jaclatis inaniter monilibus matronarum, M. Curtius eques Romanus, domo clarus, militie insignibus sumptis, cum equo se in id barathrum precipitavit, sicque conclusum est. (6) Post cum sacrificantes in eundem locum jecere fruges, & mox terra in suam naturam reddit. Anno ab Urbe condita CCCLXXXVIII. iterum Galorum terribilis inundatio juxta Anienem fluvium ad quartum ab Urbe lapidem conserdit, facilè sine dubio, & pondere multitudinis, & alacritate virtutis perturbatam occupatura civitatem, nisi otio, & lenitudo sui torpisset. Ubi atrocissimam pugnam singulariter inchoavit. L. Manlius juvenis nobilissimus de Senatoribus, provocantem Gallum ad singulare certamen progressus occidit, & sublatâ torque aureâ, colloque suo impositâ, in perpetuum Torquati, & sibi, & posteris cognomen obtinuit. Statimque eos Quintius Diclator, cruentissima congreSSIONe confecit. Fugati ex hoc prælio plurimi Galli, instauratis iterum coriis in bellum ruentes, à C. Sulpicio diclatore superatis sunt. Post paullum quoque Tuscorum pugna sub C. Mario consecuta est, ubi conjiciatur quantum hominum cæsum sit, quando VIII. millia capta sunt Tuscorum. Census iterum habitus est. Tertio anno in iisdem diebus, Galli se in prædam per maritima loca, subiectosque campos ab Albanis montibus diffuderunt. Et cum Latini, qui à Romanis subacti erant, milites præfare nollent, à Romanis (7) novo militum delectu habitu, tyrones electi

(1) A. & H. omnino cum Eutropio convenit; Anno 365. ab U. C., post captam autem primò, dignitates mutatae sunt, pro duabus Coss. &c. Vide Livium lib. 6.

(2) Altera Hebra.

(3) A. B. & H. delatus est. His temporibus immensa per continuum biennium Romanos pessis adstrinxit, sequentibus anno fecutum est satiis triste prodigium &c. Nam cetera absunt.

(4) In A. non legitur foro.

(5) A. H. & B. aruspiciis, quod vivi hominis sepulturam expiceret, M. Curtius eques Romanus se in barathrum

armatus inject, siveque &c.
(6) In iisdem post conculsum est, ita legitur: Interea T. Quintius Diclator adversus Gallos, qui in Italiam venierant, missus est. Hi ab Urbe quarto milliano trans Amenem fluvium considerant. Ibi nobilissimus de Senatoribus juveni L. Malitius provocantem &c. & mox cognomen accepit. Galli fugati sunt: mox per C. Sulpicium Diclatorem vici. Non multo post a C. Mario Tusi vici sunt: & octo millia capti vorum ex his in triumphum ducta.

(7) A. B. & H. post Romanis tantum tyrones &c.